



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac  
Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

Kitzingense monialium celebri loco, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

19. *D. Anna de liliorum Monte præfuit anno 1363.*  
 20. *D. Catharina præfuit anno 1373.*  
 21. *D. Anna à Weineck præfedit anno Domini 1384.*  
 22. *D. Diemodis præfuit anno gratiæ 1394.*  
 23. *D. Margareta. D. Catharina.*  
 24. *D. Elkeba præfuit anno Christi 1409.*  
 25. *D. Margareta tenuit Abbatiae clavum anno 1414.*  
 26. *D. Gertrudis à Reuttenberg præfuit anno Domini 1421.*  
 27. *D. Elkebeta præfedit Abbatiae anno 1432. eleæta.*  
 28. *D. Gertrudis anno 1436.*  
 29. *D. Anna Geigantnerina anno 1439.*  
 30. *D. Anna Panchnerina anno 1446. D. Juliana.*  
 31. *D. Catharina à Schernwerck.*  
 32. *D. Agatha ab Haunsberg præfuisse legitur anno 1482.*  
 33. *D. Maria Panchnerin anno 1500.*  
 34. *D. Regina Pfeffingerina anno 1517.*  
 35. *D. Ursula Traunerina hoc ipso adhuc præsidet Jubilæo.*

**K**ITZINGENSE monialium celebri loco, ex Comitibus videlicet, Baronibus ac Nobilibus parentibus tantum natarum, potentissimum olim cœnobium, ordinis D. Benedicti, intra ejusdem nominis præclaræ apud Ostrofrancos urbis moenia ad Mœnum amnem situm, fundatum est, non à S. Bonifacio seu VVunefrido primo Archiepiscopo Moguntino, sed ad ejus instantiam & preces anno Domini 745. à Domina Adelheide, vel (ut Tritthemius appellat) Adeloga, Pipini Francorum Regis filia, ejus videlicet, qui in spatio 32 annorum saxeum pontem construxit, per quem hodie adhuc firmissimum itur è Kitzingo ad Eppeshusum, suburbium è regio Kitzingen. ne urbis in altera Moeni ripa situm. Est cœnobium id Herbipolensis diœcœsos subditum Eberhardo, ejus loci Episcopo, ab Imperatore Henrico Claudio anno Domini 1007. In eo diplomate regio dicitur cœnobium hoc, Abbatia Kitzingen dicta in Villa, pago Gotsfeldsita: quod argumento est, nullam etiam tunc temporis

poris istic urbem fuisse, sed pagum tantum & villam, quām à *unde ita Kitzio*, regio quodam pastore ita dictam esse, à civitatis incolis *dicitur*.  
fide dignis accepimus, qui afferunt, piscatorum plateam initium  
fuisse civitatis vel villæ, ac monasterio etiam ipso vetustiorem,  
unde omnes ejus plateæ domunculae monialibus loci vestigales  
& tributariae semper fuerunt & in hunc diem usque sunt. Cata-  
logus ejus cœnobii Abbatissarum à me collectus & ex variis farum se-  
ries.  
cum libris tum chartis congregatus, talis est:

1. *D. Adeloga* vel Adelheidis, Pipini Francorum Regis filia, fundatrix & Abbatissa prima sui cœnobii fuit, nata & educata in Cygnæo monte, præclara arce, Regis Pipini olim sede ac Mons Cygnæus. *Schwanberg*.

- |                               |  |
|-------------------------------|--|
| 2. <i>D. Heilga.</i>          | 13. <i>D. Anna.</i>                          |
| 3. <i>D. Bertha.</i>          | 14. <i>D. Euphemia.</i>                      |
| 4. <i>D. Sophia.</i>          | 15. <i>D. Mechtildis.</i>                    |
| 5. <i>D. Alberadis.</i>       | 16. <i>D. Beatrix.</i>                       |
| 6. <i>D. Riza.</i>            | 17. <i>D. Gertrudis.</i>                     |
| 7. <i>D. Dietheburgis.</i>    | 18. <i>D. Mechtildis secunda.</i>            |
| 8. <i>D. Gisela.</i>          | 19. <i>D. Bertha.</i>                        |
| 9. <i>D. Utha.</i>            | 20. <i>D. Margareta.</i>                     |
| 10. <i>D. Schweinhildis.</i>  | 21. <i>D. Agnes.</i>                         |
| 11. <i>D. Wiliza.</i>         | 22. <i>D. Elisabeta.</i>                     |
| 12. <i>D. Gisela secunda.</i> | 23. <i>D. Mechtildis</i> , ducissa Meroniae. |

24. *D. Hedwigis*, ab Hoffwart, sepulta in facello S. Nicolai.

25. *D. Christina de Grumbach.*

26. *D. Anna de Bickenbach.*

27. *D. Barbara*, Comitissa de Castel, quæ obiit anno 1304. *Abbatissa*  
Poithancalique Abbatissæ decessæ evidenter.

28. *D. Margareta*, Pincernarum gentis de Erbach, magnifica herois, Archiepiscopi Moguntini Theoderici germana soror, valde pomposa & admodum prodiga, & quæ saepè mille aureos uno die lusu deperdere & dilapidare non erubuit. Obiit anno Domini 1465. *lusu de-  
dita.*

29. *D. Mar-*

29. *D. Margareta de Hirsberg*, ex cantrice Abbatissa facta, Erbacensi Dominae successit. Obiit anno 1477.

30. *D. Magdalena de Lehenrodt* successit Hirsbergensi, legitime electa. Praefuit 15. annis. Obiit anno 1492. Sub ejus gubernatione incendio domestico totum ferè coenobium in cineres colapsum est.

31. *D. Margareta*, ex nobili Dapiferorum de Baldersheim gente & familia nata, praefuit anno 1518. Obiit anno 1520. An illa statim Leehenrodinæ successerit, incertum est.

32. *D. Elisabeta à Finsterlæhe* obiit anno 1522.

33. *D. Catharina à Fronhofen* praefuit annis septem. Obiit anno 1529.

34. *D. Emilia Forstmeiherina* 12. annis praefuit, & valedixit vitae & dignitati in vigilia Matthiae Apostoli anno Christi 1541.

35. *D. Veronica*, ex Canum nobili apud Ostrofrancos gente prognata, successit Emiliæ, ultima hujus coenobii gubernatrix. *Marchiones Brandenburgenses Kitzingensis* qui erant (quo hæc scripsi tempore) honesti ac prudentes viri, Nicolaus Muferus, Alberti Marchionis, & Joannes Strelin, Senator Kitzingensis, Georgii Friderici Brandenburgensis Marchiorum facti. Obiit anno 1544. Postea à Brandenburgensibus Marchionibus occupatur totum monasterium curæq; praefectorum traditur, qui erant (quo hæc scripsi tempore) honesti ac prudentes viri, Nicolaus Muferus, Alberti Marchionis, & Joannes Strelin, Senator Kitzingensis, Georgii Friderici Brandenburgensis Marchiorum nomine, hospites mihi (cum Franciam Orientalem perambularem) benignissimi.

**A**NCKHENHEIMIUM vel Lanegkheimium, Ci-  
stertiensis instituti coenobium, in Sudetis montibus  
terre Nariscorum vicinis, non procul à Meeno tribus  
a Culmbachio milliaribus versus Babenbergam situm,  
omnium, quæ yidi, non solum magnificentissimum, sed & mu-  
nificentissimum. Nam omnibus ibi prætereuntibus viatoribus  
tam equitibus quam peditibus gratuitum patet idemq; longe hu-  
manissimum hospitium Babenbergensis dieceses & visitatio-  
nis Ebracensis: id, inquam, fundatum est anno Domini 1132.  
sub Lothario Saxone, Romanorum Imperatore, Innocentio II.  
Pont.